

COMPENDIUM INSTITUTIONUM D. JUSTINIANI IMPERATORIS.

Proœmium.

1. **D.** Justinianus Imperator post editum anno à re-parata per nunquam temeratam Virginem Deiparam salute humana 529. Codicem, Justinianæum appellatum; atque ex tribus Codicibus antiquis Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano collectum; curam suam exten-dit ad immensa veteris Juris prudentiæ volumina, & opus desperatum cœlestifavore adim-plevit §. 2. in Proœmio Inst. quando anno 533. Pandeœtarum, seu Digestorum quin-quaginta libros absolvit.

2. Postmodum Institutiones nostras ex Pandeœtis & prioris Codicis fragmentis, nec non multorum veterum commen-tariis concinnavit, quas qui-dem priùs ac Pandeœtas edidit, Anno nim. 533. 21. 9bris, at ta-men illas citius in foro robur obtinere noluit, quām ex quo die & hæ valerent, scilicet 30. Xbris anni 533. Constit. Tanta

§. 23. de conf. Digest. Inquies: quomodo Institutiones modò 21. 9bris anni 533. promulga-tæ seriùs obligaverint? Resp. Quia leges, sínè temporis à quo expreßione latæ, dénum post duos menses obligare inci- piunt. Nov. 66. cap. I.

Deinde Justinianus Imp. an- no 534. 16. 9bris Codicem suum repetitæ prælectionis, ex Codice Justinianæo & ex Juri-bus post eum promulgatis de-sumptum, promulgavit, eidem-que 28. Xbris dieti Anni 534. authoritatem Juris est elargi-tus. Const. Cordi nobis de emend. Cod. §. 4. & fin.

Denique Novellæ sunt di- 4 verlo tempore post Codicem repetitæ prælectionis editæ. d. Constit. Cordi §. 4.

Dubium nunc est: Datâ in- 5 ter hæc Jura contrarietate, quodnam alteri prævaleat, sive deroget? circa quod sequentes dantur regulæ:

Regula 1ma: Novellæ, ut- 6 A 2 pote

Proœmium.

pote continentes Jus Justinianum novissimum, derogant & Codici & Pandectis & Institutionibus, imo juxta temporis pri- aut posterioritatem sibi invicem: v.g. *Nov. 118. cap. 3.* abrogatur per *Nov. 127. cap. 1.*

7 Regula 2. Codex repetitæ prælectionis non tantum quoad quinquaginta Decisiones, sed etiam quoad alias leges derogat Digestis & Institutionibus, quia cum leges Codicis non considerentur ut latæ ante Digesta, sed ut renovatæ post illa, locus fit regulæ: *Lex posterior derogat priori* per *L. ult. de Const. princ.* Exemplum est in *L. 56. ff. solut. matrim.* quæ uxor esse definit, si ab hostibus capta, si deportata, vel ancilla facta fuerit. Contra in *L. Res. 24. C. de donat. int. vir.* & *uxorem* per ignis & aquæ interdictum vel deportationem matrimonium non dissolvitur. Concordat *L. Matrimonium I. C. de repud. matrimonium Jure Codicis deportatione vel aquæ & ignis interdictione suo casu non dissolvitur.* Aliud exemplum est in *L. Paulus II. ff. de stat. homin.* Contra in *L. nuper II. C.*

de natural, lib. Illa enim, ut quis sit legitimus, requirit tempus conceptionis & partus, hæc solius partus tempus statuit sufficere. Vitriar. ad Inst. 4 §. 39.

Regula 3. Pandectæ non derogant Institutionibus, hæ tamen illis prævalere possunt, nemirum quatenus Digesta Jus antiquius complectuntur, Institutiones vero novius, hoc enim ex natura rei illud vincit. Exemplum habe in *L. 92. §. 1. ff. de Legat. 3. & L. 77. §. 19 ff. de Legat. 2.* ubi inter legatum per præceptionem & finendi modo relictum appareat differentia, saltem quoad verborum solennitatem, quæ tamen hodie per §. 2. *Inst. de Legat.* est sublata; nec non in *L. 3. §. 1 ff. de Capite minut.* quæ per §. 6. *Inst. quib. mod. patr. pot. solvitur,* cessat.

Regula 4. Hæ Juris Justiniani partes robur etiam habent in Germania, nam licet promulgatae fuerint à Justiniano, legislatore non nostro, sed exterio, attamen postquam in Imperio tacitè sunt receptæ, juxta illas judicari debet, etiam cum illo,

Proæmiam.

illo, quem docui, ordine. Lau-
terb. *Exercit. I. ad ff. tb. 14.*

10 Regula 5. Jus Justinianæum
obligat tantum in subsidium,
quatenus leges Germanicæ &
bonæ consuetudines deficiunt.
Ita statuit *Ord. Judicij Cæsareo-*
Aulici Tit. I. §. Und weilen ic.
quod in casu deficientium le-
gum Germanicarum jura Cæ-
sarea & legitimæ observatio-
nes, & mores sint observanda,

Regula 6. Sententiæ etiam 11
DDrum gravium & practico-
rum in judicando juri Justinia-
næ quandoq; sunt præferen-
dæ, licet fortè verborum cor-
tici non congruerent, aut legi
planè adversarentur. Exem-
plum est in tacita relocatione
prædii rustici, profundorum
Germanicorum indole ultra
annum extendendâ contra *L.*
13. ff. *Locati.*



COM-